cus est inquo usque hodie saxa monstrantur in litore
inquibus andromeda religata persei quondam libera
ta sit praesidio; Scit eruditus lector historiam; sed et
iuxta regionis naturam. de montanis et arduis adiop
pen et campestria ueniens propheta recte dicitur des
cendisse. et inuenisse nauem. funem soluentem elito
re et ingredientem mare; dedit que naulum eius si
ue mercedem nauis id est subuectionis eius iuxta
hebraicum siue naulum pro se ut lxx transtulere; Et
ueldescendit ineam. ut proprie continetur inhebraico.
hireth enim descendit dicitur. ut fugitiuus sollicite
latebras quaereret; uel ascendit ut scriptum est in
editione uulgata ut quocumque nauis pergeret per
ueniret; Euasisse se putans si iudeam relinque
ret; Sed et dominus noster in extremo iudeae litore. quod quia
iniudea erat appellabatur pulcherrimum. non
uult tollere panem filiorum et dare eum canibus; sed
quia uenerat adoues perditas domus israhel. dat uecto
ribus pretium. ut qui primum suum saluare uult popu
lum. saluet accolas maris. et inter turbines actem
pestates id est passionem suam. crucisque conuitium sub
mersos in inferno saluet eos. quos quasi innauta dormi
ens neglegebat; Prudens rogandus est lector.
ut eundem ordinem tropologiae quem historiae que